

a fundemētis & suis sedibus moueri &
confundi sublata iustitia. Idcirco recte
addidit, Principes misere interibūt, neq;
Prouer. 25 subsistere poterit, iustitia enim stabilit̄
thronus regū & principū. Remoue ipiū
ingt Salomō corā rege, & firmabit̄ in
iusticia solū eius. Addit iā dictis. Ma/
nus eorū plene sanguine sūt. Quod si ego
assequor mentē spiritus manus sangui/
ne plenas, homicidiorū impunitatē ar/
bitror designari quæ intantū excreuerunt
vt pauci sine cede (quod Ennius
dixit) & sicca morte Tyrāni decedant,
vidimus in media vrbe, non ita diu ar/
matam manū. Audiuimus miserandas
cedes, obrūcationes, mutilationes, per
varia regni loca impune patrari. Nulla
habet̄ sacrorū aut templorū ratio, ab
ipsis altaribus vi abripiūtur miseri ho/
mines ad cedem, sacrificia diuina scēdā/
tur humano sanguine. Et si qs occisos
hoc breui


16
hoc breui tēporis curriculo supputet,
iustū exercitū cōflari posset, peccaturq;
vehementer contra naturæ legē. Qui
humanū fuderit sanguinē, fundet̄ san/
guis illius. Quod dñs postea Petro cō/
memorās ait. Omnis q accipit gladiū,
gladio peribit. Hoc vero qd̄ mox se/
quitur. Abierunt principes post deos
alienos, cū Paulo auariciā, quæ est ido/
lorū seruitus, intelligere libet. Nam nō
deerunt, qui forte calūniōse plus, quā
ex recto iudicio in sanctorū veneratio/
nē detorquere, hoc dictū arbitrabūtur.
Nos certius oraculū secuti, quā istorū
phantasias vanas, auaritiā designari nō
dubitamus, omniū malorum radicem,
quæ à principe vsq; ad sacerdotē oēs p/
uasit. Clare id cuiq; videre licebit, si in/
trospiciat studia hominū huius tēpo/
ris in omni statu. Si quis cōtempletur
oppressiones pauperū, accumulatiōes
D ij agro


*Genesis 1.
Iohan. 18.*

1. ad Ti. 3

Hic. 6. et 7







1148. 23. ✓

Costerus maltracis


Examen spirituum


Koals 1542 & Victor

S. XIV, 430

2 tube.

XVI, 8-25





Dupl. Examen spirituum et uisionum
cum pararsi ad agen. parit. (vau. cap. Dico

ex deo sūt. Vtq; nos credere alicui spi-
ritui uoluit, sed omni sine examine si-
dem dare noluit. Alterum enim leuita-
tis est, iuxta sapientis sententiam. Qui
cito credit leuis est corde, Alterum, ut
diximus, temeritatis. Prudentis igitur
fuerit in rebus ancipitibus suspensam
tenere sentētiam, virginisq; matris ex-
emplo prouida cogitatione quæ nos
bis dicuntur, aut apparere subito, & ci-
tra solitum consueuerunt, reuoluere ex-
aminareq;. Ei namq; postq; angelus
paruisset, offitiosissimeq; saluta-
gitabat qualis esset salutatio. Vt enim
non parum multis credendi nocuit
facilitas, ita multum obfuit temera-
ria infidelitas. Apparuit aliquando in
forma Mose, Ebræorum legislatoris
mon, vt refert ecclesiastica historia,
Iudæis in Creta insula cōmorantibus,
qui per uio facto mari mediterraneo,

1542

2
6

Eccle. 9.

Luce. 3

In tripas
ta eccles
hist li. ce

B ij vto

vt olim in Aegypto deus fecerat, ex insula illa, Iudeos in patriam terram inducere pollicebatur, credula turba, dū fallaci obedit spiritui, examine pretermisso, magna ex parte cum liberis & vxoribus, marinis obruitur fluctibus. Dederunt etiam poenas stultæ credulitatis multi Hebræorum, dum non statim explorāt, Ben Cozbe pseudo Messia mendacē spiritum. Hic namq; Ben Cozba Messiam se illum in lege promissum, non tam impudenter, quam mendaciter iactitabat. Qua spe Iudæi animati a Romano imperio deficiūt, & a Titto primum, postea ob simile causam ab Adriano Imperatore cæsi sunt. Meminit istius Eusebius Barchochabæ, libro quarto capite octauo ecclesiasticæ historiæ. Sed fusius Hebræi in Thalmud suo, capite Helek, in textu Sanhedrim explicant, Itaq; multis malis

Ex libro.

Thalmud

tract. san-

hedrim ca

helek.

malis Iudei acceptis, ob falsū Messia², Autor su
plement
uocat co
ecbam.
post cedem & pericula facti cautiore,
examinare incipiunt spiritū Ben Coz
be, quem tanq̄ impostorem occidunt.
Verum non in tempore fit (quod vul
go dicitur) post factū consilium.

Sane multo prudentius se gessit Heli
sacerdos, & iudex populi Israel, quē eti
am in lege noua Petrus Apostolus,
Ambrosius Mediolanensium Antistes
& Lucianus presbiter sequen. impo
ram euaserunt. Heli nanq̄ sacerdos, vt
sacra narrat lectio, dum dominus Sa^{I. Reg. 3}
muelem in tempesta nocte vocaret ad
se, qui existimās esse vocem Heli, venit
ad sacerdotem, & dicit ei, prout narrat
Philo Iudeus, libro biblicarū antiqui<sup>Philo b
blicarū
antiquat.</sup>
tatum dicens, Quare me excitasti pater
Ego enim timui, quoniam nunq̄ clas
maueras me noctu. Et dixit Heli. Heu
me, nunq̄d spiritus immundus sedux/

B in it filiū

filium meum Samuel. Et dixit ad eum
Vade & dormi ego enim non vocavi
te, tñ hoc dic mihi, si memor es, quoti-
ēs qui vocavit te clamavit. Et ille dixit,
bis, Et dixit ad eum Heli. Dico cuius
vocem cognovisti fili mi, qui dixit, tuā,
propterea cucurri ad te. In te uideo
hoc signum quod habebunt homines
ab hodierna die & usq; in seculū, quo-
niā si clamaverit bis alter ad alterū per
noctē uel in meridie, sciēt q̄ sprūs pess-
imus est. Si aut addiciet clamare ter, sci-
am quia angelus est. Et abiit Samuel &
dormiuit Et audiuit secūdo vocē é cœ-
lo & exurgēs cucurrit ad Heli & dixit
ad eū, quid me clamavit, quoniam audi-
ui vocem patris mei Helcane. Et tunc
intellexit Heli q̄ inciperet dominus vo-
care eum. Hęc Philo Iudæus ad verbū.
Inducta aut sunt in eruditionē nostrā
& ad examinandos spiritus. Bonū enim
est pre

3

præstolari cū silentio, expectarcq; salutare dei nostri, hoc est certiozem informationē, orando dñm, ne nos patiat induci in temptationē. Nam & Petrus apostolus cunctādum sibi censuit, in visione illa meridiana, qua vidit lintheum demitti è cælo, quatuor iniicijs innixum, animalibusq; mundis & immundis repletum. Dumq; Petrus exhorreret vesci immundis & communibus cibis, iterum & tertio eadem uox è cælo redditur, Petrusq; hesitans mox adueniētibus gentilibus, de visione sua plenius eruditur. Quid visio illa sibi vellet, & deum non esse acceptorem personarum plerissime agnoscit & cōfitetur.

TRUTINA AD QVAM DEBE
ant spiritus explorari. Caput III.

ARbitror diuinum verbum veracem & ifallibilem esse trutinam explorandorum spirituum, si quis ta-

B iij men

men legitime eo vtatur, est enim sermo dei efficax penetrantiórꝫ quouis gladio ancipiti, pertingens usqꝫ ad diuisionem animæ & spiritus compagū qꝫ ac medullarum & discretor cogitationum & intentionum cordis. Hinc & Ebreorum sapientes spiritum Benozbe, de quo proxime diximus ad regulam scripturę examinañ agnouerūt esse impostorem. Dicebant enim, Messias cū venerit, miracula & signa edet. Hic nullum signum fecit, Ecce etiã scriptum est de Messia quod odorans erit & iudicās, hoc est odoratu sentiet, quis innocens quisue reus erit? Rabbeni ergo cum uidissent quod non esset odorans & iudicans ipsum interfecerunt, nam iudicabat hic impostor secundū visionem oculorū .i. iuxta allegata & probata, non sicut Messias de quo legitur Esaie xi. non secundum visionem
ocus

Ioh. 7:

Esa. II.

oculorum iudicabit. neq; secundum au-
ditum aurium audiet: Quia tamen &
maligni spiritus sicut & hereticorum
pestes, producere solent eloquia verita-
tis in medium, vt fallant, Cauenda est
& sollicite consideranda ex assumptis,
illatio falsitatis. ¶ Explorantur etiam
aliunde spiritus ab his qui linceos ha-
bent oculos, ex fructibus scilicet eorū
cognoscetis eos ait dominus. Si enim *Math. 6.*
fructus reperiuntur illi spiritus, quos
Apostolus enumerat, apud eos qui vi-
siones aut reuelationes se habere dicūt, *Ad gal. 5.*
scilicet humilitas vera, prudens, discre-
tio serpentina, simplicitas columbina,
tollerantia in disciplina, veritas in do-
ctrina, & charitas diuina, per hec cum
verbo dei, spiritus, an ex deo sint vel ali-
unde, explorari aliqua ex parte, & non
ad plenum possunt.

EXA

B v

EXAMEN SPIRITVS ANGE

lici tam boni quā mali. Caput V.

Nunc particulatim examinemus
vtrumq; spiritum bonum videlicet
& malum genium. De malo ange-
lo quem Greci *κακοδεμονα* vocant, quē
angelum Sathane, preuaricatorē, dra-
conem magnū, scriptura appellat. Esas-
ias vero, Leuiathan, ppter additamētū
potestatis. Ebreis nāq; Leuiatā addita-
mētū significat eundē idem appellat ser-
pentē & tortuosum vectē, propter plō-
gationem maliciæ: & multiplices frau-
des. Dicitur & Sathan. i. calumniator,
Aspis, Basiliscus, Leo, & Cattulus leo-
nis, tentator, fera arūdinis. ab Aposto-
lo habet nomē nequissimi, ab Ignatio
maledicti. Hic cū loquitur nobis ex p-
p-rijs loquitur tanquā mendax, & pa-
ter mendati: detrahit hic. & pro libi-
dine sua adijcit verbo dei vt incautos
facilius

Iohan. 8

facilius decipiat, suadet diuinis scriptis
 contraria. humauo generi noxia, tam
 corporali quam spiritali incolumita/
 ti pernicioſa, & quẽadmodum in pri/
 cipio diximus & diligenter annotauit
 Augustinus libro X. ciuitatis dei capi.
 XIX. ^{Augustin.} ſupremũ illum diuinum cultum
 quem Græci $\lambda\alpha\tau\rho\epsilon\iota\alpha\nu$ vocant, exhiberi ſi
 bi volunt. Quum homines docent, pec
 cata & turpitudines docet, quibus eti/
 am ſe longo tempore coli, & adorare,
 a ſtultis gentibus voluerunt, & p pœ/
 nitentia deſperationẽ proponũt. Re ^{Mathe. 4.}
 ſtat vt his dictis fidem manifeſto exẽ
 plo faciamus, producamus, in medium
 malignũ illum veteratorem, q̄ domi/
 num in carne exiſtentem temptatione
 adoriri auſus eſt, nonne adorari vole
 bat dicẽs: ſi cadens pronus adoraueris
 me: nõne vitia ſuperbię, gulę, auaritię,
 perſuadebat: nunquid non voluntatẽ
 dei di

dei, diuina dico oracula, quę in mediã
produxerat disputationē, ex parte pla-
ne proposuit, ex alia parte subpressit,
& sicut in paradiso tēptando protho/
plasten verbo diuino de suo addidit di-
cens, nequaquã moriemini, sed eritis si-
cut dii scientes bonum & malum, ita
Gene. 1. cœlestem Adam Christū, temptatione
examinando, verbo detraxit, quod cō/
Psal. 90. tra se scriptum erat: super aspidem &
Basiliscum ambulabis, & conculcabis
leonem & draconem, consilia & per-
suasiones noxias ingerebat, vt se preci-
pitem deorsum ageret dominus, in sū-
ma sicut deus non letatur in perditio-
ne moriētium cū angelis suis bonis &
sanctis, ita rursus minister mortis dy-
abolus, propter inuidiam, sūmo cona-
mine, temporalem & eternam studet
procurare mortem. ¶ Per omnia cō-
trarij sunt boni illi spiritus, cœlestiū ta-
berna

6
bernaculorum incole. Horū offitium
est, sincere nobis diuinam annunciare
voluntatem, & eam quidē sanctis scrip-
turis cōsonā. Odiunt hī turpitudinem,
amant castitatem, iussu dei, homines in
varijs constitutos periculis, in portum
tutiuorem deducunt, medētur corpori
bus & humanis mētibus. Quia vt Au-
gustinus dixit libro x. capite vii. ciuita-
tis dei: cū illis sumus vna ciuitas. Mi-
sericorditer ergo nos diligunt, nolunt
nos sibi sacrificare, sed ei cuius & ipsi
nobiscum sacrificium se esse nouerunt.
Considera, namq; ubi pulsus discederet
uictus temptator, accedunt boni ange-
li, de quibus nunc loquimur, nihil cō-
mune cum maligno dæmone faciētes,
non extollunt se, non sibi diuinum des-
cerni exigunt honorem, humiliter filio
dei in nostre carnis substantia existen-
te ministrando se substernunt. Accesserunt
Math. 4.
runt

rūt inquit Matthæus angeli, & minist
strabant illi. Non solum illi, sed omni
bus propter illum ministrant fidelis
Luce. 15 bus. Gaudentq̃ super peccatoribus
pœnitentiam agentibus. Hocq̃ fit ideo
vt eorum gaudiū de nostro profectu,
plenius & cōsumatius reddatur, Quod
nobis maligni inuidētes, dum in meli
us proficimus p̃ pœnitentiā, incredibili
liuore cōtra nos tabescūt, nostrosq̃ fœ
lices progressus, quibus possunt fraudi
bus impedire & remorari molliuntur.
Hactenus de spiritu angelico dictū est.

EXAMEN SPIRITVS HV mani. Caput Sextum.

Psal. 38 **H**V manus spiritus, vinculis adhuc
alligatus corporeis, qui se de volū
tate diuina, vel per visionē, vel per ma
nifestam apparitionem, occultāue in
spirationem edoctum asserit, tanto di
ligentiori examine explorandus venit
quanto

Necesse est etiam, vt se prudentia carnis, prudentię spiritus subiiciat, vbi enim rebellio & pugna est, & multo magis victoria carnis aduersus spiritũ, metuendũ est ne illusio sit, potius quã verax visio. Tenenda est etiam illa beati Iacobi regula. Deus superbis resistit humilibus aut dat gratiam suam. Et iterum. Ad quem respiciam nisi ad humilẽ, & tremementem ad sermones meos. Quem admodũ ergo malum angelum agnoscimus ex fastu & superbia, ita spiritũ humanũ conijcere possumus sine deo loqui & illusiones ob fastum habere Eclesia. 19. potius, quã veridicas reuelationes. Verum ne hoc ipsum satis erit, est enim q se nequiter humiliat, & interiora eius plena sunt dolo: Huic tamen nostre coniectationi Paulinę reuelationes, & eius modestia, magno argumento esse debent, Modestissime etenim de ma
C gnitudi

Iacobi. 4.
Esaias 14.

nitudine reuelationum suarū locutus
est, & non nisi ad edificationē, & eccle-
się vtilitatē, non ad gloriam, aut sancti-
tatis proprie prædicationē, id enī pseu-
prophetis peculiare fuit semper, qui di-
Ezech. 13. cebāt se vidisse visiones, erāt tamē pro-
Hierc. 23. phete insipientes. Veh prophetis insi-
pientibus, qui dicunt se videre, & vidēt
nihil. Qui dicebant, hæc dominus locu-
tus est, quū locutus non esset. Qui cur-
rebant, & non mittebat eos dominus,
qui ex se non ex spiritu dei loquebantur,
Hierc. 27. hī prædicabāt pacem, quum non esset
pax, à cruce & pœnitentia populū auo-
cabant, veris prophetis dura prædica-
tibus, & peccata hominū castigātibus
aduersarios & ōnino contrarios se op-
1. Petri. 2. ponebant. Talis fuit Ananias in Babi-
lone prophetante Hieremia in Hieru-
salē. Talium nequā faciens Petrus mē-
tionem, ait. Fuerūt vero & pseudopro-
phete

8
phetae in populo, sicut & in vobis erunt
magistri mendaces, qui introducunt sectas
perditionis &c. et eum qui emit eos
deum negant, superducetes sibi celerem
perditionem, & multi sequentur eorum
luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur,
& in avaritia, fictis verbis de
vobis negotiabuntur,

QVOMODO PATRES PRIORITY
ecclesiae examinabant spiritus
humanos impostores. Cap. VII.

INter multos qui ecclesiasticam sinceritatem
suis phantasibus perturbaverunt
Montanus, certe cum mulieribus suis
graviter diuexavit. De quo Eusebius libro
v. capite xiiij. in hunc loquitur modum.
Cum tamen hostis humani generis
ad debellandam salutem hominum nihil usquam
ocij gerit, sed diversas variasque hereses
per singula quaeque suscitavit loca, in quibus
maximam sui generis serpentem apud Asiam

C ij Phri



Phrygiamq; pducit Montanū, qui se
paracletū nominaret, & cum eo mulie-
res, Priscam & Maximillam, quas pro-
phetissas velut ex ipsius inspiratione ia-
ctabat. Hunc humanū spiritum, Mon-
tanum dico, instrumentū dyaboli esse
examinarūt patres, tum q; Neophytus
esset, tum quod ambitionis ardore ni-
mio flagraret. Deinde q; mentis exces-
sum pateretur, non illū qualem prophe-
tę (prophetarū nāq; spiritus, Aposto-
lo teste, pphetis subiectus est). Mōta-
nus aut per excessum loquens Arrepti-
ciorum & phanaticorū more vaticina-
batur. Diuersa etiā ab hīs quæ ex suc-
cessione maiorū ecclesię tradita fuerāt,
docere non est veritus. Quinimmo p-
suadebat vniuersā ecclesiam, quę per or-
bem est blasphemare, & non solū nihil
ei reuerentię deferre, sed ne limen qdē
eius adire. Arrogauit insuper sibi pesti-
lens

9
lens hic homo nomē prophetæ, calū-
nians ecclesiasticos, qui prauo suo resis-
tebant dogmati, prophetarū eos occi-
sores vocans. Eos vero qui sibi adhesis-
sent, laudibus miris celebrabat, & vt
Eusebiano, immo prophetę vocabulo
vtar, beatificabat. Prodidit nihilo mi-
nus seipsū qs esset, notante eū prophe-
tico oraculo, *Popule meus qui te beatū*
dicūt, ipsi te decipiunt, fraudes tñ suas
quorūdam castigatione & reprehensi-
one occultare molliebatur, non preua-
luit aut licet nōnullos non vulgaris eru-
ditionis viros in suā pertraxerit vesani-
am, referēte diuo Hieronymo de Ter-
tuliano magno ecclesię doctore. Nihil
lo secius á spiritu diuino, cui oīa nuda
& aperta sunt, & qui scrutatur p̄funda
postea patuit & agnitus est, & veritatis
corruptor p̄nuntiatus, ab ecclesię cōuē-
tu & societate depulsus, Et in p̄dictis

Esaię

*Hier. in
de uiris ill.*

onibus suis mēdax, cū mulieribus quas
Eusebius demētauerat notatus est. Nam vt nar/
br. 5 ca. 18 rat Eusebius, Prisca Montani prophe-
tissa, relicto viro, Mōtano adhesit, nec
que p̄dixit bella ventura, euenerunt.
Examinauit insuper Appollonius qdā
ecclesiasticus vir, spiritū Montani, scri-
bens aduersus eum, sed videamus inqt,
quis est hic nouus magister, & primo
nobis doctrinā eius, secundū dñi sentē-
tiā actus ipsius & opera cōmendent.
Hic est qui docuit nuptias solui, & qui
iuiuorū leges primus imposuit. Qui
Pepusam & Thymiū oppida Phrigiæ
Hierusalem nominauit, atq; in hæc oēs
congregandos decernit, qui exactores
peccunię statuit. Qui sub nōie oblatio-
nū munera artificiosius accepit. Qui sa-
laria præstat p̄dicantibus verbū suū
vt per hoc inuitati, enixius doctrinae
eius operā p̄beant. Ad hunc fere mo-
dū pa-

10
dum patres humanos examinañ. Spiritus, singula obseruabāt, vitam, mores, doctrinā, conuersationē, & de spiritu num ex deo esset, an secus, secure pñūciabant. *Opportet enim inquit Appolonius ibidem, ex fructibus vel agnoscere vel etiā probari prophetā, sicut & dominus dixit, Quia arbor ex fructibus agnoscitur, & propheta verus probat^{Mathe} ex fructibus, moxq; probando cuiusdā Alexandri heretici & Apostatæ spiritū, ait. Ut aut de Alexādro certius cognoscatur, sciendū est, quia iudicatus est apud Æmiliū Frontinū proconsulem Ephesi, non propter nomen Chri sed propter quædā latrocinia, nam a Chri nomine iam Apostata extiterat.*

EXAMEN VISIONIS, APPARITIONIS alias, cum reuelatione facta cuidā probatę fidei viro.

Caput VIII.

C iij. AR



Rbitror ex iam dictis facile posse examinari apparitionem cum reuelatione cuiusdam viro ecclesiastici ordinis anno presentis in fine mensis septembris exhibitam. In nocte siquidem qua secuta est dies translationis sancti Stanislai praesulis, dum apud se reuolueret saluatoris immensam beneficentiae gratiam, illaque omnia alia quae secum fiebant anno preterito, habuit namque alias preter hanc quam huc examinanda ascribemus manifestas visiones, cum reuelationibus rerum venturarum, certo etiam signo de futuro eorum complemento confirmatarum, quae suum iam fideliter sortite sunt effectum, quas ob hoc ascribere non est visum quod aedificationi ecclesiasticae non tam seruiant, atque posterior haec, qua non una persona ad poenitentiam, verum certatim omnes inuitamur, Sed persequamur ceptae reuelationis

tae reuelationis narratione. Ante pulsū
ergo precum matutinarū, exaudito cre
pitu hostij cubiculi sui, in quo tunc se
num capiebat, putabat aduenisse puerū
qui se é somno exitaret, itaq; experges
factus in solitam lucem conclaue circū
fuisse vigilans conspicatur, ex nomi
ne puerum vocat, quem aduenisse cum
lumine arbitratur, illo nihil respon
dente, percussus, surgit é lectulo, poten
tissimo contra humani generis hostē
crucis signaculo, magna fide sese cōmu
nit, sperans esse spectrum aut phantas
ma. Videns aut ante se virū venustissi
mū, procumbit ad pedes illius, & dum
conatur eum ad pedes apprehēdere, ro
gareq; quis nam esset. Retrocedit pau
lulum vir ille è loco suo priori, illū ve
ro terror inuasit, vt ne verbū qdem fa
cere potuerit unū, iacuitq; prostratus
in terrā facie demissa. Tū vir qui ade

rat talibus illū iacentē alloq̄tur. O hō
dei, nonne est tibi prædictū anno præ
senti, q̄d multa sunt tibi adhuc propter
dñm perferēda, quare ergo verbis do
mini fidem non habes, sis bono aīo, &
iacta cogitatū tuum in dño, ipse colla
inimicorū tuorum conteret, modo ne
patiare te vinci, & ne succūbas in tēpta
tione, dominū deum ora, cum iniquis
non stabis, neq; corū impijs operibus
acquiesces, ueh, ueh, ueh, induratum est
cor populi contra dñm, accumulatz
scelera sceleribus, qui nisi conuersus fu
erit ad dominum, & dereliquerit vias
suas impias, affligetur triēnio hoc, mul
tis calamitatibus, & principes illius mi
sere interibunt. Idcirco agant pœnitē
tiam & conuertantur ad dñm, & misere
rebitur illorum. His dictis disparuit, il
lico pulsatū est ad matutinum officiū,
surrexit protinus tremebūdus, veste ac
cepta

cepta, pueroque vocato ad ecclesiam venit,
 Deo & matri sanctissime, & patronis,
 beato Adalberto Stanislao gratias egit
 magnis cum lachrimis, diuinam obsecrans
 clementiam, ut euidentiori signo alicui
 alteri reuelare dignetur quid sibi velit
 verba viri illius, utque iram quam pro pec-
 catis nostris meremur, a nobis auertat
 & mox subdit Ego infelix miserrimus
 quippe peccator sum, non audient preces mee.

¶ Exequamur nunc premissa & censo-
 ria (quod dicitur) virgula. Hanc tam cla-
 ram & manifestam exploremus, dili-
 gentique examine ponderemus visionem
 innixi illius auxilio, qui probator spi-
 ritu est. Adhibeamus igitur domini verba

que spiritus & vita sunt conferamus Iohan. 6.
 uerba uerbis, & spiritualia, ut dixit I. Cor. 2.
 Apostolus, conformemus spiritualibus. Hierc. 33.

Quid enim ut Hieremyas dixit, palea
 & tritico: Et quod Paulus, luci & tene-
 bris

bris Chrō & Belial. Exigamus deniq̄
ad regulam fidei : ad sanum ecclesiæ
dogma, & ad bonorū approbationem
morū, quę reuelātur. Reuelatur aut̄ ira
dei super oēm impietatē de cœlo, inui/
tantur scelerati ad pœnitentiā, hoc cōci/
onatus est amicus spōsi. Facite dignos
fructus pœnitentiæ, hoc ipse sponsus :
nisi pœnitentiā egeritis, oēs simul p̄ibi/
tis. Istis consona p̄dicant oēs prophe/
tæ. Malignū autem illū quis vnq̄ legit
salutarem hoibus persuasisse pœnitentiā
cui peccatorū remissio & venia p̄mit/
tit. Porro mortiferā illā psuadere cre/
dendus est pœnitentiā, illūq̄ infructu/
osum dolorē, quē iudas proditor despe/
rando habuisse legitur. Trinū aut̄ ueh
ueh ueh quid sibi velit expēdamus, nec
hoc ipm̄ alienū est, a sacris literis, plu/
ries lamentabile ueh dominus iterare
uoluit, eo tanq̄ familiari oēs prophete

110711.

in eo

in eo sensu usi sunt, quotiens dignas humanis, pronūciabant pœnas sceleribus
 In Esaya etiam hæc vox crebrius quā alibi legit̃. Sed nec Hieremias aut Ezechiel eam obmiserunt uenturā calamitatem deplorando, & nisi adiunctū fuisset salutarī pœnitentiæ & condonatiōnis peccatorū beneficiū, potuissemus nō nihil suspicari maligni technas esse ad desperationem nos adigere conātis nec discrepat spiritus querela sup̃ cordis humani duritia, quæ est infidelitas & impœnitentiā. Nam & dominus in cœlū ascensurus, exprobrabat duritiā cordis, quia his q̃ viderant eum resurrexisse à mortuis, non crediderūt. Consimilia Paulus apostolus sceleratis denuntiat dicens. Secundū aut̃ duritiam tuā & impenitens cor tuū thesaurizas tibi irā in die iræ & reuelationis iustitij dei, qui reddet vnicuiq; secundū

op^e

opa sua .Rursus in Esaya ita legimus.

Esaias. 46.

Audite me duro corde, Putasne recte spiritus iste christiano populo, exprobrat duritiam? fortasse superioribus seculis, rectius ista infidelibus obijci poterant? Sed nō est q̄ nostris blādiamur tēporibus, nouerat ille fatidico spiritu in nobis tantā futuram impœnitentiā & infidelitatem, qui p̄monēs dicebat Hodie si vocem eius audieritis, i. cum

m. 94.

vocem, vel quādo audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundū diem temptationis in deserto, ubi temptauerunt me patres vestri. Paulus propheticae adhortationi longe ante factę subscribens, & ad sua & nra tempora adaptans admonitio

Ad. Hc. 3.

nē. Videte frēs inq̄t, ne forte sit in aliquo vestrū cor malū incredulitatis, sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur vt nō

Pi. v

obdures

174
obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Quis enim non videt filios paternis sceleribus accumulare maiora, & atrociora peccata. Deplorās olim suorum tēporū Hieremyas uates calamitatē inquit Patres nostri peccauerūt, & nos iniquitates eorū portauimus, q̄ si nūc adesset, nos iniquitatibus eorū addere, & imple re mēsuram parū diceret. Ob id in alia reuelatiōe priori adiectū est. Dñs eorū scelera diutius ferre non poterit. Quāuis uidentur potius in principes & capita populi hæc ipsa dicta esse. Nā paulo ante talis legitur admonitio. Dereliquerunt principes iustitiā, & abierūt post deos alienos, manus illorū sanguine plenæ sunt, sed ueh illis, nisi enim uitam emendauerint & ad dñm redierit, interibunt, nec subsistere poterint, dñs enim scelera eorū diutius ferre non poterit. Itaq; admone illos, vt pro delictis suis

Trin. 5

suis pœnitentiã agant, vitam sceleratã
quam ducunt emendent, iustitiã sequã-
tur. Et multa alia dicebat, & nõ tantũ
dicebat, sed & signo dato, vera esse que
dicebat comprobauit, nec secus euenit
atq; prædicabat spiritus.

¶ Optarẽ hoc loco adesse Cryticos
apud quos oĩa temerarijs iuditijs ple-
na sunt; optarem spiritus verba exami-
narent explorarentq;. Certe minori pi-
culo facturi sunt, quã alias solent; dũ
iudicant & falso rimantur examine, an-
te tempus, humani cordis latebras, soli
domino ad iudicandũ relictas. Ceterũ
sup manifestis sceleribus nostris, que iã
velut Sodoma & Gomorra prædica-
camus quando manifesta sunt opa car-
nis, pronuntiare, nullũ uideo discrimẽ,
Sequamur ergo spiritus iuditiũ, exami-
nemus, uera ne sint de qbus accusantur
principes & capita populi, dereliquere
runt

runt iustitiã : id enim tam clarũ est, vt
 per oĩm ora nihil æque volitet, nihil
 æque querulẽtur homines, quã iustitiã
 desertionẽ. Esayas idem obicit princi-
 pibus Iuda & habitatoribus Hyerosos-
 lymæ, libere dicẽs, iustitia habitauit in
 ea, scilicet Hierosolima Iudeorũ metro-
 poli, in qua regum Iuda sedes erat, reg-
 nantibus & p̄sidentibus p̄ns & opti-
 mis regibus & principibus. Nunc aut̄
 homicidæ, latrocinia enim sint necesse
 est, vt Augustinus dixit. Regna sine ius-
 titia. Hinc cædes, pauperũ oppressio-
 nes, sacrorũ p̄phanationes, & alia mul-
 ta indecora subsequi necesse est, sublata
 iustitię æquitate. Necesse etiam est oĩa
 sus deq; misceri & ferri. Non ignarus
 huius rei Psaltes, dixit de iniustis prin-
 cipibus, non intellexerũt scilicet iustiti-
 am, in tenebris ambulant, mouebũtur
 oĩa fundamenta terre .i. necesse est oĩa

Esai. I.

Psal. 100

D a fun

a fundemētis & suis sedibus moueri &
confundi sublata iustitia. Idcirco recte
addidit, Prīcipes misere interibūt, neq;
Prover. 25 subsistere poterit, iustitia enim stabilit̄
thronus regū & prīcipū. Remoue ipiū
inqt Salomō corā rege, & firmabit̄ in
iusticia soliuū eius. Addit iā dictis. Ma/
nus eorū plene sanguine sūt. Qz si ego
assequor mentē spiritus manus sangui/
ne plenas, homicidiorū impunitatē ar/
bitror designari quæ intantū excreue/
runt vt pauci sine cede (quod Ennius
dixit) & sicca morte Tyrāni decedant,
vidimus in media vrbe, non ita diu ar/
matam manū. Audiuimus miserandas
cedes, obrūcationes, mutilationes, per
varia regni loca impune patrari. Nulla
habet̄ sacrorū aut templorū ratio, ab
ipsis altaribus vi abripiūtur miseri ho/
mines ad cedem, sacrificia diuina scēdā/
tur humano sanguine. Et si q̄s occisos
hoc breui

hoc breui tēporis curriculo supputet,
iustū exercitū cōflari posset, peccaturq;
vehementer contra naturæ legē. Qui
humanū fuderit sanguinē, fundet san-
guis illius. Quod dñs postea Petro cō-
memorās ait, Omnis q; accipit gladiū,
gladio peribit. Hoc vero qđ mox se-
quitur. Abierunt principes post deos
alienos, cū Paulo auariciā, quę est ido-
lorū seruitus, intelligere libet. Nam nō
deerunt, qui forte calūniose plus, quā
ex recto iudicio in sanctorū veneratio-
nē detorquere, hoc dictū arbitrabūtur.
Nos certius oraculū secuti, quā istorū
phantasias vanas, auaritiā designari nō
dubitamus, omniū malorum radicem,
quę à principe vsq; ad sacerdotē oēs p-
uasit. Clare id cuiq; videre licebit, si in-
trospiciat studia hominū huius tēpo-
ris in omni statu. Si quis cōtempletur
oppressiones pauperū, accumulatiōes

Genesis 1.
Iohan. 18.

Ad 1

I. ad Th. 5

Hic. 6. et 7

D ij agro

agrorū, domorū, sacerdotiorū etiā prē-
sidio iniquarū legum, technis pnciosif-
simis, falsis testimonijs, imposturis, ex-
ecrandis vsuris. Ita vt iam pauci sint,
qui sua tute prē rapacitate retinere &
cōseruare possint. Diebus & noctibus
cogitat de auro, de cōgerēdis diuitijs,
pietate & religiōe prorsus abiecta. Hī
sunt dij alieni, post quos abierunt non
solū principes, sed in vniuersū oēs, etiā
inferioris ordinis homines, rapacitatē
sequēdo prēsidū. ¶ Sed redeo ad ver-
ba posterioris quā huc ascripsimus re-
uelationis, in ea siquidē culpātur & ac-
cusant in vniuersum oēs, quia omnes
in multis offendimus, & nō est qui fa-
ciat bonū, non est vsq; ad vnū. Ne for-
te quispiā sibi (vt nunc multi sunt) de
sua blandiat sanctitate, velitq; sibi bel-
le tanquā iustus placere. Ex classe isto-
rum sunt illi, q; in aliena errata cū Lyn-
cei sint, in p

Iacobi. 3.

Psal. 13.

cęi sint, in propria sunt talpe, nec vidēt
 quid manticę in tergo est. Quo fit vt
 vt hic spiritus multo prudentius cōcio
 netur, quā quidā nostri ordinis, qui cū
 vnam partē curandā susceperit, aliam
 negligunt. Iam igitur liquere cuius po
 test ex collatione, quā ad trutinā sacraę
 scripture fecimus, quid de doctrina spi
 ritus huius sentire debeamus, Porro q
 mores, vitam, conuersationē etiam ex
 plorare & scrutari voluerit, per me li
 cet, modo id faciat recto iudicio, ex cha
 ritate, non inuidię & amarulētig odio.
 Mihi satis est veritatē doctrinę & re
 uelationis examinasse, ad inuictā & cer
 tam illā Pauli regulam, etiā si angelus
 de cęlo descendēs, aliud euāgeliset, prę
 id q̄ euāgelisatum est. Anathema esto,
 repudiandū secure huiusmodi pseudo
 euāgelion censeo. In sūma, dū examinā
 tur, a nobis spiritus & secernuntur, ob

D in, seruan

seruandū venit quando blandiūtur nobis, quando merita & virtutes nostras nobis predicant & extollunt, quādo tēporalia pollicentur prestare nobis, diuitias, thesauros, gloriam, & mundi honores, quando querūt quæ sua sunt nō quæ Iesu Christi. Immo dum pmittunt maiora quā sit in eorū conferre facultate. Potissimū si quidpiā .quod scripturæ, quod fidei sacræ, quod bonis aduersetur moribus, aut corporali, spiritaliue officere debeat incolumitati, facere iubeant aut suadeant, & ad desperationem inducant : taliū spirituum reuelationes contēnere & tanquam falsas declinare omnino conandum est.

CONTRA DICTA IN/
SVRGENTIS OBIE/
CTIONIS DI/
LVICIO .*

Caput. IX.

OBſciēt



Bñciet aut quispiã impug/
natus apparitionis cū re
uelatione veritatem. Diues
ille purpuratus obsecrans

patrē Abraam vt mitteret Lazarū in Luce. 16.

domum paternæ hereditatis ad quinque
relictos fratres in testimoniū illorū &
instructionē, ne & ipsi in ea loca tormē
torum deueniant iu quibus ipse epulo
diues cruciandus detinebatur, audit in
hanc sibi respōderi formā, habēt Moy
sen & prophetas audiant illos. Sustu/
lisse videtur dominus fidem & autori/
tatē omnibus visionibus, reuelationi/
bus apparitionibus ad erudiēdū hōies
de diuina voluntate, qñ eam sufficientē
in Mose & prophetis & reliqua noui
instrumenti scriptura expressam habe
mus. Proinde nec subesse aliquam legit
timā causam apparitionū aut visionū,
sicut & miraculorū in tempore hoc, q

D iij Chri

Christianę fidei religio altius radices in
cordibus fideiũ egit, sola nobis pro tã
to ad erudiẽdũ de diuina volũtate scrip
Esaias s. tura sufficere debet. Quia Esaias dicit.
Nunq̃d non populus requiret á deo vi
sionẽ, & mox sequitur ad legem magis
scilicet esse confugiendũ, & ad testimo
niũ sacre scripturę, Fatemur diuinam
quidem voluntatẽ quantũ sufficiens et
pertinens est ad salutem hoĩm scripturis
sanctis luculenter traditã esse, si mō
humana temeritas, adeoq; infidelitas,
Iohan. 5. eisdem contenta esse, & sat habere velit
vnde scribis non temere dñs dicit, scru
tamini scripturas q̃a vos videmini vos
bis in ipsis vitam æternã habere, & re
Roma. 15. vera ita est, Si tantũ per patientiã & cõ
solationẽ scripturarũ á fide & spe non
excideremus. Cõstat aut̃ mortales mul
tis de causis scripturis non contentari
sed sollicite aliunde instrui postulant
de uolun

18
de voluntate dei, Bonus ergo deus ho-
minum amator vt olim nō solū scrip-
turis sed etiam signis ac miraculis edi-
tis per se, & homines sanctos per inspi-
rationes, uisiones, reuelationes, manife-
stationes hominibus loqui voluit. vel *Osee 12.*
ipsomet attestante per Oseā prophetā
& locutus sum cū prophetis, & ego vi-
siones multiplicauī, & per manū pphe-
tarū proposui similitudines. Ita & in *Isaias. 59.*
hoc tempore nostro quādo non est ab-
breuiata manus eius quin velit aut mis-
sereri aut saluare sicut ante facere solitus
est, sed nec credēdus est bonus & verax
deus suis promissis contraria facere, ip-
se namq; per prophetam suum Amos
pollicitus est dicēs, Quia nō faciet do- *Am. 5.*
minus deus verbū nisi reuclauerit secre-
tum seruis suis prophetis, nam nō pri-
us Cathaclismo omnē deleuit carnem,
donec iusto suo in generatione illa res *Genesi. 9.*

D v uclasset

uelasset quid factururus esset, nec prius
euerfa est Sodoma & Gomorra donec
Abrahe seruo suo, & postea Loth futu-
turū denuntiasset excidiū. Ita Egyptijs
vt Iosephus testatur, magna illa cla-
des quā in mari rubro passi sunt, non
quidem per sanctos prophetas, sed per
ipsorū diuinos deo sic dispensante, lon-
ge ante prædictū fuit excidium, deinde
Amonitarū, Moabitarū, Babiloniorū
Idumeorū, Tyrriorū, & Sydoniorum,
aliarūq; potētissimarū Monarchiarū
& regnorū anteq; euenirent prædicta
fuerunt, a bonis & sanctis prophetis.
Sed & Romani imperij defectio lon-
ge ante prænuntiata est, facitq; hoc bo-
nus deus in piorū consolationem, et in
impiorū terrorē ac emendationē, vtq;
constet stupidis mortalibus aliquā esse
in rebus humanis diuinā prouidentia.
Dicit enim insipiens in corde suo non
est deus

nesi. 18
ephus li
antiqua.
itic. 6.

20

est deus, dū cernit homines strenue &
impune peccare, de vna via malitiæ in
aliam cōmigrare, nec credendus est bo^{psalmus 13}
nus deus huius suę beneficentię, & mise
ricordiæ in diebus etiã nostris oblitus
esse, qui nescit etiam in ira sua contine
re miserationes suas, Dicimus igitur re
deundo ad institutū, & respondēdo in
surgenti obiectioni dñm, non eleuasse
autoritatem reuelationibus & visioni
bus, propter Mosen & prophetas, Id
enim haud recte colligitur, sequit̄ enī
immediate diuitis responsio, non pat̄
Abraham, sed si q̄s ex mortuis ad eos
ierit pœnitentiã agent, moxq̄ colligit
Abraham dicens, si Moysen & pphe
tas, non audiunt, neq̄ si quis ex mortu
is resurrexerit credēt. En cernis hic nō
tā tolli instructiones per visiones, reue
lationes, manifestationes, apparitiones
sed p̄dici tantū, q̄ qui scripture diui
næ non

ne non habent fidem, eos neq; reuelati
onibus aut manifestationibus creditu-
ros, q̄ est valde terribiliter dictū. Caue
amus ōnino nos hac conclusione euan-
gelica designari & notari, Erudimur
etiam oēs veridicas visiones & appari-
tiones & diuinas admonitiones conso-
nas esse Moyſi & p̄phetis, hoc est scrip-
turę sanctę, quo fit vt recte q̄dam sacra-
rum interpres literarū dixerit, in om-
ni visione oportet vt sint Moyſes &
Helias alioqui suspecta est. Petēda igitur
& exquirenda volūtas diuina ex di-
uinis oraculis & scripturis, visiones ve-
ro omnes sicut diximus, non sunt tollē-
dæ & reñciendæ ab ecclesia, sed ad scrip-
turas examināde, quādo satis clarū est
post prædicatū & publicatū euangeliū
& prædicatas diuinas scripturas mul-
tas veridicas extitisse reuelatiōes in ecc-
lesia id testatur satis abunde vel vnica

Apocalis

Apocalipsis Iohannis & ap[osto]lus Paulus dicit de fidelibus sui tēporis, vnusq[ue]sq[ue] dum cōuenitis psalmū habet Apocalip[sis] sim, habet. i. reuelationē & mox tradit salubre documentū oīa ad edificationē fiant, nimirum examinari & discerni vult hoc dicto, falsas à veris reuelationibus, quæ non ad edificationē, sed ad aliquē alium vanū finem fieri solent.

PAR ESSE VT GRATIÆ DE/
 o agantur de tanta erga nos cle/
 mentia Caput Decimum.



Stensum est ex scripturis sanctis, quantū ex alto concessit dñs, reuelationem cuius gratia totus hic labor susceptus est boni spiritus esse admonitionem, iussu proculdubio pientissimi Dei ad nos delatam, qui patiens est & longanimis, ac super malitia præstabilis, qui vult vt homo cōuertatur & viuat, qui

uat, qui iusto potuisset nos iudicio tan
quam nequā & rebelles filios incautos
oppressisse, edentes, bibentes & luden-
tes, sed nec hoc facere voluit, ne forte
queri potuissemus dicēdo, si fuisset
præmoniti, si fuisset quispiam q̄ nobis
nostra scelera, diuinā deinde irā annūci-
asset, emendassemus vitā, egissemus pœ-
nitenciā in cinere & cilicio, Quāquam
& hæc non recte obiicere potuissemus,
Multis nāq; & varijs modis ad meli-
orem frugē cœlestis numinis prouidē-
tia nos pellicere haud dedignata est.
Primum quidē longanimitate, deinde
tēporaliū bonorū accumulatione, tem-
poralis etiam pacis & tranquillitatis fœ-
licitate & dū circumquaq; timor hosti-
lis miseros defatigat mortales, aliquot
victorijs ac triumphis de hoste conso-
lari voluit, vbi vero nihilo meliores tā-
tis perceptis bonis effecti sumus, aliam
curane

curandi nos aggreditur viam, indies ru-
mores & quidem terribiles nos audire
facit, & fere sub obtutibus nostris quos
sibi castigandos proposuit, affligit, vt
ex alienis malis, nostra cogitare disca-
mus, quid q̄ in sacris cōcionibus ex di-
uino verbo prolatis oraculis indies fe-
re, sepiusq̄, ad sanctę pœnitentię & ali-
arū virtutū studium puocare haud de-
sistit: Subuere or tamen ne nos qui su-
mus ecclesiastici ordinis, & q̄ pœniten-
tiam non verbis tantū sed etiam factis
prædicare debuimus, ne offitio nostro
oscitant̄ expleto, spiritui (quod absit)
in condemnationē nostrę seordię &
negligentię, & q̄ scelera nostra primū
in nobis, deinde in pp̄lo parū strenue
castigauimus, occasionem de pœniten-
tia concionandi prestiterimus, qd̄ nāq̄
opus fuisset tanta ad pœnitentiam inui-
tatione, si nos qui angeli dñi exercituū Malach.
sumus

sumus, strenue & diligenter munus nõ
nstrum executi fuiffemus, dediffet haud
dubie dñs verbũ euangelizantibus vir-
tute multa, Recognoscamus igitur in-
gentis beneficentię & misericordię er-
ga nos preffite gratiam, non enim talit̃
psal. 147 fecit omni nationi, & iudicia sua non
I., Tess. 5. manifestauit eis, recognoscamus & gra-
tias agamus domino deo nostro: ad
idem faciendum populum exortemur
ait enim Apostolus, in omnibus gra-
tias agentes, deo & patri, vt benedicta
fit Trinitas sancta, quia fecit nobiscũ
misericordiam suam: Porro nõ sumus
imitatores illorum aut participes, qui
ingrati de diuina visitatione & ammo-
nitione, suorum ægreferebant scõlerũ
reprehensionem, & venturæ iræ denũ-
ciationem qualium non paruus in, pro-
phetis recensetur numerus.

OSTEN/

23
OSTENDITVR POENITEN-
tiæ irrisores aut contēptores nō multo
post miserabiliter perisse. Caput XI.



T mox a primi parentis
lapsū, miseris mortalibus
salutare poenitentię Antio-
dotum prædicatū fuit, ita
ab impijs & quibusuis obstinatis peccatoribus
irrisum, & contempitū legimus, adeo vt poenitentię
precones, multi occisi, nōnuli irrisi, Alij pro deliris &
parum sani iudicij hōibus habiti sint, oportebat
sane meliorē retulisse ministris salutis gratiā,
qui poenitentię annūtiatione morbos curare aduenarāt,
qui quō iratus deus placādus foret aperuerunt,
qui deniq; quo pacto impendēs malū aut omnino
auertere, aut saltem mitigari posset edocerent,
audiēdi erāt & cum salutari recipiēdi dogmate, Cer^{Es.}
tū enim est eius quæ in ecclesia est dei poenitētia
salutari, quā Christus & p
E phetę

pheta n. sc̄p̄ nō inculcant, eā veterator
etiam .i. Sathan noster si persuaderet,
quod tamen satis scio facturus nō est
haud respuendū pœnitentię dogma cē
serem, Extrema igit̄ non solū demētia
est, verū etiam impictas, salutare pœni
tentia respuere pharmacū, q̄ quotiens
saxea mortaliū pectora contempserūt,
totiens vindicē manū dōi in quā hor
redū est incidere non effugerūt, Eteni
verisimile est iustū Noah, teste Chriso
stomo super Genesim, natalis arcæ ex
tractorem, percōtantibus, impendens
diluiū reuelasse, & tā verbis quam ip
sius arcæ extructione, homines ad pœ
nitentiā inuitasse, verū excecante mali
tia multitudinē, nō solū non exauditū
esse sed etiā irrisum, vel ob hoc q̄ solus
virtutē coleret, & quod ad salutarē pœ
nitentiam homines hortaretur: Semp
enim inquit Chrysostomus, cōtra vir
tutē insanit malicia, quod in Abele &
Cayn

24
Cayn geminis fratribus facile puidere
est, Beatus Loth frater Abrahæ, ambo
viri iusti, & hospitalitatis iure clari,
cognita Pétapolis Sodomorū subuersi-
sione pādīt scœleratis irā dei & terribiles
minas, lubet mox egredi e' prophano
loco suos, porro illi deliramēta rebā-
tur esse, Ita enim habet ad verbū sacra
lectio, Et locutus est ad generos suos
qui acceperant filias eius, & dixit, sur-
gite egredimini de loco isto, quia disp- ^{Gen. 19}
det dominus ciuitatē, & fuit sicut lu-
dens in oculis generorum suorū, nec
pondus vllū que dicebātur habebāt,
itaq; factum est vt cōtēptores penitē-
tię, thesaurizarent sibi irā in die irę, ^{Ad ro. 2.}
illi enim aquis diluuij demersi, isti cœ-
litus demissis, vlticibus flāmis exusti
sunt, Hunc tam insignē cōtēptum pe-
nitētię dico adhortatiōem, quā grauis-
ter deus ferat audiamus. Esai; XXII
ita scœleratis loquitur, & vocabit do-

Lup
E ij minus

Esai. 22.

minus deus ad fletū, & ad plāctū, ad
Caluiciū & ad cigulū sacci, & ecce gau
diū & leticia occidere vitulos & iugus
lare arietes, comedere carnes & bibe
re vinū, comedamus & bibamus, eras
enim moriemur, mox sequitur, & reue
lata est vox, scilicet cōtemptus pœni
tētię, in auribus meis: & subdit deus,
vox domini exercituū de p̄mētis iustā
sentētiam, si dimittetur hęc iniquitas
vobis i. non dimittetur donec morie
mini, dicit dñs exercituum Erudit nos
spiritus propheticus fere homines gu
losos & ventri deditos, pœnitentię cō
tēptores existere, Talium multo ma
ximū prouētū subuereor esse inter nos
postea quā, prauo & peregrino dog
mate, soluta est & laxata ois abstinen
tię disciplina, metuamus omnino irā
dei quōdam in gulosos exertā, Adhuc
igt erāt esca i ore eorū, & ira dei descē
dit sup eos, & occidit pigues eorū, ad
quid

Salm. 67.

25
qd enim aliud destinatur animalia v^o
tris, saginā curācia nisi ad mactationē, igitur
mactatiōi sese pparāt vetricole, iux
ta Pauli sētetiā, esca vētri & vēter escis
hūc aut & illū dispdet deus, hoc vt nosi. ad Co. 5
effugere valeamus sobrie & caste viuas
mus in iugi habētes memoria dñicā il
lā admōitiōem, Cauete ne corpa v^{ra}
grauēt crapula & ebrietate, & supues. Luc. 21.
niat in vos repētina illa dies, tācū laque
us em supuenit. Et satis rectū esse ar
bitror, vt nō solū auariciā deū alienū
sed etiā gulā intteligat spiritus, dicens
nūo mltitudinis, abierūt post deos ali
enos, Projiciamus p inde a nobis iugū
ipforū, Disrūpamus vicula eorū, & ser
uiamus dño in sactitate & iusticia co
rā ipso omibus diebus vitæ n^{re}, & p
pitius erit, & miserebit n^{ri}, secūdū ma
gnitudinē & multitudinē miserationum
suarū, Cui sit Laus, gloria, decus grati
arū actio nūc & in euū AMEN.

SERMO AD
POENITENTIAM INHOR.
TATORIVS SVB THEMA.
TE POENITEMINI ET
CREDITE EVANGE
LIO. Marci. i.



I magnam hanc orbis no
stro sæculo cõcusionem
animo complecti & meti
ri ueilemus, si tantorum
malorum causas, explorare nõ graue
mur, profecto inueniremus in nobis
ipsis, quod merito dolere, reprehende
re, atq; punire debeamus, Si deniq;
iam iam impendentia & prefnita ma
la cõttemplari & alta reponere mente
studeremus, ad cinerem & ad cilicium
more veterum solenniter pœnitētium
nos reciperemus, verum eniuero quia
in hac

in hac die que ad pacem nobis est, ab *Luc. 19.*
 sccondita sunt ab oculis nostris, securi
 stertimus in vtramq; aurem quod di-
 citur dormimus, Ecce intus pestis est,
 & foris vastator gladius, *Hy. 1.*
 expurgisce *Hy. 1.*
 mini ebrj, intonat Iohel propheta, *Iohel. 1.*
 prope enim est dies domini, & quasi
 vastitas a potente veniet, nulla etas,
 nullus sexus a fletu & lachrimis pœ-
 nitētię sibi temperet, vosq; in primis
 sanctę pœnitētię buccinatores sacer-
 dotes & ministri domini, vobis pro-
 phetica tuba præcinit, Accingite vos
 & plāgite sacerdotes, vlulate ministri
 domini, ingredimini & cubate in sac-
 co ministri dei mei Sāctificate ieiuniū
 vocate cœtū, congregate o senes omēs
 habitatores terre in domū dei vestri,
 & clamate ad dominum, parce domi-
 ne, parce populo, & ne des hereditatē
 tuā in obrobrium, hoc enī acceptū est

E iij & placitū

& placitū coram deo, & saluatore nro
Christo Iesu, qui factus est propicia-
tio p̄ peccatis nostris, & non tantum
nostris, sed etiam totius mundi, Hoc
docet, hoc inculcat, hoc vult cōsonās
patriarchis & prophetis suis dicens.
**POENITEMINI ET CREDI-
TE EVANGELIO.** Duo sunt ad
quæ nos adhortatur dominus, fides
scilicet & Pœnitentia, Quæ duo etiā
non temere ad inuicem coniūxit, quia
nec fides sine pœnitentia grande bonū
est, & rursus pœnitentia sine fide des-
peratio est. Caueamus ergo nos ea
quæ coniunxit Dominus separare. Ad
fidem aut̄ incitatur euangeliū, tanquā
necessariū bonū sine quo impossibile
ē placere deo, nā & ipsa basis est earū
quæ sperantur, nec tamē apparent re-
rū argumentū. Ad pœnitētiam vero
inuitatur quia absq; ea fides gratiæ ef-
fectum

Mar. I.

27
sectum consequi haud valet. Dominus ergo quasi iter parās in fluxui gratiae & misericordiae suae, quā fide cōcipimus, poenitentiam premisit fidei dicēs. **POENITEMINI**, Oportet namq; primū dirigere viam dño, rectas facere semitas deo nrō, planū facere iter, eligendo lapides peccatorū, vt sāctus sāctorū sine offendiculo veniat & ingrediat. Idcirco Matheus Paulo fu^{Mat. 4.} sius hęc ipsa quæ sub breuitate Marcus recensuit prosequitur, poenitentia agite, & appropinquabit vobis regnū celorum, quo sane adueniente omnia nobis quæ vel maxime optamus aduenire necesse est, Quū igit̄ tantas & tā magnificas habeat poenitentia pmissiōes, **POENITEMINI**, Est aut̄ vñ & de quibus poeniteamus vias tantum^{Treno. 3.} nostras scrutemur, & quisq; pro ordinis sui dignitate seipsū agnoscat & meo

A v meciatur

ciatur. Vos tamē qui potētes & opti-
mates estis in populis, tāquā capita, pri-
mū admonet spiritus. PENITEN-
TIAM, AGITE. Subiecit autē scelera
nō pauca, quorū fecimus mentionē in
examine visionis. Agāt igitur nō solū
de illis quæ exp̄ssa sūt, sed de alijs quo-
que nō tacēdis sceleribus, Accumulāt
inquit spiritus, peccata peccatis, & sce-
lera sceleribus. Habeo autē satis pro ra-
to hāc spiritus cōcionē ecclesiastici or-
dinis viros nō exclusisse. Quādo iudi-
ciū a domo & sanctuario dei Ezechiel
inchoandum predixit. Et Petrus apo-
stolus suo testimonio roborauit. Pœ-
nitementi igitur qui recessistis a lege, q̄
scādalizastis plurimos in via, negocijs
prophanis vos ingerentes, assentatiōe
& lenocinijs principum & magnatum
gratiam colligētes vt eorū fauore atq̄
adeo violentia, ecclesiasticos honores
per nec

Ese. 9.

Mala, 2.

per nephas rapiatis, & opes vras stabi-
 litatis, quos a deo tanquam Aaron vocari
 oportuit. Taceo quod male parta peius
 dissipatis, crapulae, ebrietati, ludis, lu-
 stris nequiciaeque addicti, & patrimonium
 Christi, panemque pauperum in luxum, volupta-
 tes, libidines & adulteria, summo cum
 dedecore & offensione omnium profu-
 ditis, & canonem in vetustissimis conciliis
 a sanctis patribus institutum, quo mulie-
 rum cohabitatio vobis interdicta est
 contempsistis. Et ideo facti estis contemp-
 tibilis omnibus hominibus, Malachia
 vate attestante. Quia repulistis scientiam, *Oze. 4.*
 timete ne & vos repellamini a sacerdo-
 tis functione. Curate ut in vobis illud
 verificetur, Sacerdotes tui induantur
 iustitia. Tunc enim videntes vos alii, *Psal. 131.*
 & precipue pii, & in deum studiosi, exul-
 tatione exultabunt. Verum non vos ipsi
 tantum haec agite, sed quantum in vobis
 est, pascite

est, pascite gregem domini, Sāctę pe-
nitētię sitis anteābulones, & quos ur̄g
habetis curę cōmissos, instruite, mone-
tę, attendite super scādalis, nec sub pie-
tatis aut religionis prætēxtu, uel ipsi
scandala faciatis, uel fieri permittatis.
Lectiōi sacre scripturę uacatę, hypo-
crisim & glorię cupiditatem, quę due-
res omnia peruertūt bona, cauētę, dis-
sidia inter homines ne seminatę, neq;
ipsi inter uos dissidite, paci & concor-
dię semper studete, si sal terrę & lux
mūdi dici uolumus. Nostri negocij est
uerum illū & sincerū dei cultū instau-
rare & illustrare, remis̄q; ac uelis in
hoc incumbere, ut nomen dñi exalte-
tur solius, colaturq; deus sincero &
uero cultu, qui cōsistit in fide, spe, &
charitate. Nam tribus istis, teste Au-
gustino, deus a nobis colendus uenit.
Opportet sane nos magis sollicitos
esse

Ang. in
Enchir.
ca. 4.

29
esse circa gregē nobis cōmissum, quā
circa sordidam gregis lanam: & utinā
ita oculati & diligentes ac peruigiles
essemus in curandis animabus homi-
num, quā in cōquirendis anxij sumus
sacerdotis, omnino futurū esset, ut
ouile Christi nō tā immaniter a lupis,
hoc est hereticis, discerperetur, quin
his fugatis depulsisq̄, restitueretur op-
rata ecclesie pax: quod sperare oppor-
tet, si euangelio credētes egriemus pe-
nitentiā. Penitemini & uos qui ius gla-
dij & consilij publici habetis, nam & Ro. 14.
uos si recte uestro fungemini officio,
ministri domini eritis ad uindictam
malorū, laudem uero bonorū. Quie-
scite ergo peruerse agere, discite bene
facere, excutite manus ab omni mu-
nere, non sitis cauponantes iustitiam,
nec uēdite quod alius rursus cum ip-
se emerit uendere iure posse uideatur
Répub.

Rempub. magis q̄ uestram priuatā
curate, nihil per contentionem, nihil
per ambitionem, nihil per assētationē
nihil per uidiētæ cupiditatē, sed omnia
ex charitate dei & proximi statuite &
facite, siue in consilijs de repub. siue in
iudicijs. Querite iudiciū, uelociter ius
dicando quod iustum est, non accipiē/
do personā in iudicio nō, causando tē/
pus iusticiæ reddendæ. Magis iusticiæ
studete, quam uoluptatibus. Subuenite
oppresso, iudicate pupillo, defendite
uiduā, deponite simulationē, abiicite
mutua odia, tueamini religionē, coerce
te blasphemos, seruite domino in ti/
more. Quod si nolueritis, gladius deuo
rabit uos, quia os domini locutus est,
non abutamini potestate a deo uobis
collata, eripite egenum, & de manu
peccatoris liberate, Nolite resistere
spiritui sancto, constituendo eum po/
pulum

Isa. I

Deuter. 28

30
pulum in caput, quem deus in caudā
esse uoluit, Iudeos dico, quibus magna
peccādi impunitas & licētia sub tutela
fauore & patrociniō uestro concedi-
tur, Sint quod esse debent, quod dñs
& scriptura sacra eos esse uoluit, sint in
populū cui maledixit dominus. Quid
quęso Christiano populo cum inimico
crucis Christi? Quid fideli cū blas-
phemo. Teneant, habeant obsoletū
Mosen suū, non deuastēt ouile Chrī
blasphemijs, fraudibus & dolis, qbus
imponunt simplicioribus. Cur quęso
non uiuerent iuxta sacrorū Canonum
aut imperialium legum prescriptum.
Hic uigilate ecclesiastici principes, &
hanc Scyllā prospicite, ulciscetur enī
dominus animas seruorum suorum
uestra cōniuetia perditarū. PENITE
MINI IGITVR, Vobis autē qui
hos proximo gradu consequimini
milites

milites, uosq; omnes alij, qui stemma
 ta & maiorum iactatis imagines Ba
 ptista concionatur, neminem concuci
 atis, nemini calūniā faciatis, estote u^{ri}s
 contenti stipendijs, defendite non p^{er}di
 te neq; diripite eos, quibus uos multis
 prerogatiuis leges anteposuerunt, ac
 uos ipsi magis etiam fastuose antepo
 nitis, qui fastus esset tamē tolerabilis
 nisi in templa quoq; atq; monasteria
 peruasisset. Huic dogmati uos uidete
 si respondetis? Ceterum ubi maiore
 oportuit esse pietatem, religionem
 fidem, deuotionem, & omniū uirtutū
 decorem, ibi fere omnia uirtuti & s^{an}c
 tæ religioni contraria offendere est.
 Quanto enim maior est inquit Hyez
 ronimus in Ieremiam, in diuitibus au
 toritas, tanto maior insolentia pecca
 torum. Quo fit, ut dum Ieremias pro
 pheta circuiret uias Hyerusalem si in
 ueniret

34
ueniret uirum faciētē iudiciū & querēs
temfi dem, & dum non inueniret, ait,
ibo ad optimates & loquar eis, ipsi em̄
cognouerunt uiam domini, & iudiciū
dei sui, Ecce magis hij simul confrege-
runt iugum, ruperūt vincula religiōis
& iugum legis dei prorsus abiecerunt.
Quid queso te in hoc militum & optia-
matū ceteru, n̄o hoc seculo inuenies,
nisi impietatē quā lerna vitiorū cōsequit̄
collegia istius generis hominum, quid
rogo aliud sunt? quā vitiorum scholæ ^{Eza. 6}
illic bonum malum dicitur, & malum
bonum, illic exulat pietas, & sanctarū
virtutū disciplina irridetur, regnat aut̄
fastus, ambitio, & contēptus proximi,
preinde ac si non haberemus ex equo
omnes cōmunem deum & patrem, Id
Malachias obiecit aliquando Iudeis, q̄ ^{Mal. 2.}
pre se contemnebant alios, qui nō erāt
de semine Abrahe dicens, Quare vnus
F quisq̄

quisq; contemnit proximum suū, nū
quid non vnus est deus omniū veltrū.
Insuper factum sequitur ebrietas, ut Se
neca dixit, uoluntaria insania. Hic non
parum multi uires & potentiam suam
ostentant, tanquā ad perdēda uina ge
niti essent, & tanquā illa effundi nisi
per humanū corpus non possent. Hu
iusmodi concionatur Esaias dicēs: veh
Esa. 5. qui consurgitis mane ad sectendā ebri
etate ut uinum estuetis. Factum uero
est ut non pauci ex hoc genere hominū
miseram animā exhalare sint coacti:
hoc malum intantū inualuit ut vere so
brium uirum inuenire difficile sit. Pes
netrauit hæc pestis non solum ad pūa
tas domos ciuium aut agricolarū, quin
irrupit etiam in domos & collegia sa
cerdotū: & quod est calamitosius in
Cenobia etiam religiosorum hominū
qui cum se Curios simulent, uiuunt tñ
Bachana

Bachanalia. Non tacuit hoc scelus p^{ro}
pheticus spiritus dicens. Sacerdos &
ppheta nescierūt præ ebrietate, absor^{pta}
pti sunt à vino, errauerant in ebrietate
nesciuerunt videntē, ignorauerunt ius
diciū: omnes enim mensæ repletę sūt
uomitu sordiūq;: ita ut non esset ul
tra locus: hñ tamē primo diluculo tre
mendę mensę suę, uel alieng etiam, bes
nedicere pergunt: atq; vtinā non etiā
ad diuina mysteria & dominicā mens
sam accederent nōnulli pridianā crapu
lam ructuantes: & membra meretri
cis ex membris Christi facti. ¶ Quis
dicere potest & sufficit sermones scur
rilitate & impudicitia plenissimos: er
uctantur lasciuia, præsentiū pueris, &
adolescentibus: discit innocens illa etas
ante omnia, petulātiā & libidinis for
menta: nam quo quis procatior est in
ter huiusmodi, ac scurilior, hoc urbani
F ñ or, hoc

or hoc, ciuilior & aulae aptior iudica-
catur. Hic iam expende, si nō uerū est
quod diximus apud istos bonum esse
malū, & malū bonū. Iam ebrietatem
de qua dicere ceperamus consequitur
portētoſa libido ac iucūdū nefas, Qui
od si hos helluones contempleris, uis
debis pallorem oris, genas pendulas,
oculorum ulcera, tremulas manus efū-
dentes plena uasa, postero die, ex ore
halitus fetidi, ac omnium fere obliuio,
morsq; memorię. Opere preciiū aut est
& alia enumerare istorum mala: ut uel
sic cognitis malis suis, & diuina ira,
peniteant vñs suis pessimis: & miseri-
cordia dei sanentur, Quis uero istorū
non uidet in subditos miserandam ty-
rannidem in opprimendis pauperibus
expilandis & diripiendis eorum bonis
omniq; uictus parandæ ratione ipsis
præripienda: in angariarum nouiter
F iij excogita

33
excogitarum calamitate: noxias consuetudines pro lege tenent & tuentur: Ecclesiastica disciplina ceu cōmentum inuenticium: excomunicatio dico, nihil dicitur: perinde ac si ex verbo dei nō haberet autoritatem aut stabilimētum: & cum male fecerint gloriantur & exultant in rebus pessimis: futurūq; est, quod deus auertat, vt postquam hanc ecclesiasticæ disciplinæ censuram excuserint: vētura sit eis multo horribilior & miserior a deo castigatio, quæ illis erit non in salutem, uerum in dānationem eternam. Adeo fere apud plures (ne omnes traducere uidear) nihil christianū, præter solum nudum nomen cernere est, pulcherrima illa & præcipua christianorū uirtus, patientia, probro apud non nullos habetur, Ingloriosum namq; arbitrantur probra & contumelias ferre, quæ cō-

munis omnium dominus Christus Ie-
sus vltro pertulit, & perferenda docuit
Isti quiescere non possunt, nisi ulciscā-
tur, & mala malis regerant, uerbulū
etiam imprudentius prolapsū alapis
atq; ferro uindicātes, ita vt degener &
omni contumelia, dignus inter eos iu-
dicet, qui id nō faciat: cōtra manifesta
diuini uerbi scripturam. Mea est ultio
Pr. 3. 2. & ego retribuam. Hoc isti non aduer-
tentes, aut potius non credentes: rapi-
nam arbitrantur, deo quod suum est
preripiē. Nec conuiuendum est diuini
uerbi preconibus, sed fortiter in res-
liqua scelera clamandum, ut est diuini
nominis atq; ipsius dei superuacane
& irreligiosę mentiones. Nam & diuini
uerbi oracula in prophanū usum
detorquentur. falsa ac ludicra inter-
pretatione, polluūtur, ad ciendū iocos
& risus. Quādo dominus per prophe-
tam

tam Ieremiam talibus loquitur. Vos *He. 29.*
peruertistis uerba dei uiuentis, Et apud
Esaïam. Eloquiū sancti israel blasphemauerunt. *Esaïe. 5.*
Idq; etiam, si dijs placet,
faciunt sacerdotes, aut saltem facientibus
consenciuut, & astipulantur argu-
tulos se ac lapidos, cum iniuria diuino-
rum oraculorum & sua damnatione
ostendē. Hæc blasphemia sanctæ pæ-
nitentię dolore, summo studio emen-
detur, non enim inultum abire sinet
dominus nominis sui prophanacio-
nem. Ob id ex lege huiusmodi blasphem-
i educebātur & lapidibus obruebā-
tur. Nostro aut hoc calamitoso seculo
ingeminare iuramēta. per sacra & de-
os deierare gloriosum est. Idq; inde p-
uenit, quia euangelio non creditur, qd
lux ē & ueritas eterna. Iusto ergo iudis-
cio dei, iuxta Paulinę sententię regu-
lam, immittit deus illis operationem *Secūda ad
Thesa. 2.*

F iij erroris,

erroris, ut credant mendatio, eo quod
charitatē ueritatis non receperūt. Quo
fit ut astrologorū & Geneathlicorū apud
illos in prætio existat uanitas. Ab
istis superstitiosę dies Ægyptij inter
nefastos cōputantur. Imaginū etiam
celestiū radiatio, stulte formidatur, tol
liturq; eo ipso metus dei ē cordibus fi
delium: quando creatura plus quā ipse
met creator timetur, sensimq; gentilia
um, ethnicorumq; error iam olim ex
clusus in corda mortaliū illabitur, de
quo Ieremias uaticinatus est dicēs. A si
gnis coeli nolite metuere quę timēt gē
tes. Hęc fere sunt uirorū studia: Ma
tronæ aut & mulieres Philtris, uenefi
cis incātiouibus fidūt, ut recte dice
re possis, has post deos abisse alienos,
Quis igitur non uidet hanc miserandā
ecclesię faciem, tantis conspurcatā sce
leribus & uanitantibus: vult omnino
dominus

e signis
Hyc. 10,

dñs e' regno suo tollere omnia scanda-
dala: vult purgare aream suam ut cō-
greget triticū in horreum suum: paleas
aut igne exurat inextinguibili. Nec
dissimulandum: Ecclesiasti uenit: q̄
quamuis ubiq; passim licentiosæ uiua-
tur, plus tamen in aulis principū utri-
usq; status. Fortassis aut superant licē-
tia uiuendi & scelerum magnitudine
ecclesiasticorum p̄cerū ministri: nam
uelex ipsis sacris litteris noui testamē-
ti colligere in promptu est, quales olim
fuerunt serui p̄cipum sacerdotū: con-
tendite queso. o ecclesiastici principes
mores & uitam uestrorum expolire
& quem admodum vos ipsi debetis es-
se exemplum & uiuendi norma alijs,
ita par est ut uestri quoq; serui p̄ceat
alijs iustitia & uite integritate. ipsa em̄
seruorum licentia, dominorū conuin-
cit nequitiam. Hoc docet suum This

F v moteum

Ad Thimoteum Paulus dicens. Oportet episcopum esse irreprehensibilem, suae domui bene prepositum. Si quis autem domui suae bene praesle nescit, quomodo ecclesiae dei diligentiam habebit? Ideo paenitemini & credite Euangelio. Sed nec uos ciuitatum & oppidorum incolae, a paenitentia temperare decet, est enim quod in uobis iure reprehendi meretur, intollerabilis fastus, pompasticus uestitus, auaritia, iniustitia, doctrinae nouae & peregrinae, & reliqua sexcenta vitia, quae enumerare singula, operosum valde videtur. Taceo comestationes, ebrietates, iniusta pondera, iniustas mensuras, contractus illegitimos. Artificum imposturas, fraudes, infinceritatem inhospitalitatem, portentosas libidines, lenocinia, hoc est, turpem de libidine questum. Testantur haec domus, & promptuaria quorundam vestrorum,

36
rum, vt iam verum sit illud quod Ca-
tholicus cecinit vates I. pudor in villas
si non patiuntur easdem, & ville uo-
micas, urbs est iam tota lupanar. quæ
omnia nisi sancte pœnitentię studio
emendaueritis, diutius subsistere non
poteritis. **POENITEMINI IGI-
TUR & credite Euangelio.** Ad uos
etiam o'agricole vox pœnitentiæ dirigē
da venit, nam & vos proiecta simpli-
citate & innocentia, qua maiores ue-
stri claruerunt, pleni estis dolo, fraudi-
bus & rapinis, magistratibus rebelles,
ad inuicem infideles, alter alteri dāna
ingerit, plena apud uos sunt omnia,
periurijs, falsis testimonijs, calumnijs
factum illum dei timorem proiecistis,
gule & ventri seruitis, & quid mirum
A vestris neq; presidibus, hæc & alia
mala didicistis quorum mala & in-
teritus etiam vobis impendent, ad cō-
potationes

potationes estis strenui, ad laborem
pigri, ad religionem & diuinum cul-
tum illustrandum & in staurandum
segnes, Pœnitementi igitur & credite
Euangelio, quod vos docet castitatem
veritatem & reliquarū sanctarū chorū
virtutum, iam in vniuersum omnes
pœnitementi & credite Euangelio. à
maiori vsq; ad minorem. Quā nec in-
fans vnus diei est absq; peccato. Pœ-
nitendi formam à Niniuitis accipia-
mus. Crediderunt namq; viri Nini-
uite domino, & predicauerunt ieiuniū
& vestiti sunt sacco, à maiore vsq; ad
minimū, & peruenit verbum pœnitē-
tiæ ad regem Niniue, & surrexit de
solio suo, & abiecit vestimentū suum
& indutus est sacco, & sedit in cinere,
factus est ipse pœnitentiæ subditus suis
exemplum immo ipsius pœnitentiæ p-
dicator dicens, Homines & iumenta
& boues

& boues & pecora non gustent quid
 quam, nec pascuntur, & aquam non
 bibant, & operiatur saccis homines &
 iumenta, & clamant ad dominum in
 fortudine. Et couertatur vir a via sua
 mala, & ab iniquitate, quæ est in ma-
 nibus eorum. Et hæc quidem o prin-
 cipes in Niniue acta sunt, que tamen
 ciuitas qa ad vomitum redijt, postea
 subuersa est. Erudimini hac propheti-
 ca scriptura o optimates, Non tã ad
 exemplum Niniuitarum agere pœni-
 tentiam (potest quidem & ipsa sine ri-
 tibus istis, aut ceremonijs salubriter pe-
 ragi) quam ad uerã illam pœnitentiãq;
 in vero dolore & firmo consistit pro-
 posito emendandi. Sufficiet vobis des-
 ponere, fastum, luxum, mensas Sybas-
 riticas, petulantiam, ante omnia inius-
 sticiã, auariciã, rapinã & pauperũ op-
 pressionẽ. Namq; ppter miserã ino *Psal, 9.*
 pum

pū & gemitū pauperū, exurrecturū se
ad vindictam pollicetur dominus. Et
reliqua mala que vobis obiicit spiritus
& sacre prædicat litere, & vestra vos
accusat conscientia. Tantum declinate
à malo, & facite bonum, inquirete paz
cem & prosequimini eam, quia oculi
dñi super iustos, & aures eius in preces
eorū. Deus em̄ omnipotens vt dixit
Chrysostomus in pœnitētia nō tēpo
re indiget longo, sed vero feruore. Pœ
nitentini ergo ex animo, & sicut recess
istis in profundum, ita conuertimini
& redite ad cor. Pœnitentia enim ab
Ebreis conuersio dicitur, aut reuersio
ad dominum ex toto corde. Hęc enim
est vera pœnitētia recedere, vt diximus
à via mala, & conuertere vitam male
actā inconuersionem que deo gra
ta sit, atq; hominibus. Hoc cū omnes
peccatores facere teneantur. Vos tamē
o Præsides

38
o Presides & capita populi maxime de
cet. Nam & populum vobis subiectū
imperio & autoritate vestra, immo
potius exemplo ad sanctę pœnitentię
dolorem, & vitę emendationem insti
tuere debetis, Exemplo Niniuę regis
& principū eius. In vos enim omniū
ora intenta sunt, ex vobis bona pars
populi pendet. Ad formam nanq; re
gis (vt quidam dixit) totus componit̃
orbis. Nec mortifera nobis blandias
mur de nra iusticia adulatione, quisq;
cernat suum peccatum, quisq; sue
conscientię rimetur & examinet late
bras. Neq; collatione proprię in ius
ticię, ad alterius maiorem iniusticia,
melioem aut sanctioem se existimet.
Fieri nanq; potest, vt in atrociora de
labatur. Quia multi sunt qui aliorum
peccata & delicta accumulari cernentes
execrantur, iudicantq; temere alienum
seruum

seruū; qui suo domino stat aut cadit.
Ne uerō & infirmior sexus belle sibi de
sua sanctitate & iusticia placcat, exhor
tandus ueniat ad sacrę pœnitentię do
lorem. PENITEMINI igitur, Ma
rtone, puellę, adolescentes, iuuenes &
senes, quia matris uestrę Euę ambitio
nem, fastum, & superbiam non deseris
tis. Dura est vox Esaiaę prophetaę, imo
spiritus sancti per eum loquentis,
pro eo q̄ eleuate sunt filię Sion, & am
bulauerunt extento collo, & nitibus
oculorum ibant, plaudebant & ambu
labant & pedibus suis composito gra
du incedebant. Decaluabit dominus
verticem filiarum Syon, & crinem ea
rum nudabit. In die illa auferet domi
nus ornamentum & lunulas & monis
lia, & quę per longum enumerat. Ces
sent inter uos, rixe, susurri, obtrectati
ones, fascinationes, incantationes, ma
lificia,

29
leſicia, viris veſtris debitum honorem
habete, Ipſos enim vobis, non vos ipſis
deus prepoſuit, in rebus quæ ſexum ve-
ſtrum non decent. ne ſitis curioſe, regi-
mulicrem decet, non regere, in geſtu, in
iceſſu, cultu corporis, dictis pariter &
factis pudorem, qui vobis pro auro &
monilibus eſſe debet, ſervate filios ve-
ſtros honeſte, in timore dei educate.
Hæc enim vel precipua ratio eſt, qua
deus a vobis coli debet, hoc nihil gra-
tius facere deo poteſtis. **POENITE**
MINI igitur, & auſcultate doctrinæ
Apoſtolicę inſtituentem vos vitam ve-
re Chriſtianam & pudicam ducere, cū
omni manſuetudine, ſobrietate & mo-
deſtia. Vos vero iuvenes vbi in deum
ardor veſter? vbi erga parentes obedi-
entia? vbi erga maiores & ſenes reue-
rentia veſtra? vbi ſobrietas & tēperan-
tia? vbi pudor & verecundia maiorū

G atatis



etatis istius ornamenta? **POENITE**
MINI ergo, credite Euangelio. Vos
etiam serui recessistis à lege per Apосто
lum vobis tradita, vbi est fidelitas ves
stra? vbi obedientia? vbi honor? ad ocu
lum seruitis dominis veltris, quos nō
pro dominis, sed pro hostibus existi
matis. Ita omnis religio et sacer metus
penitus in nobis clāguit adeo, vt si nūc
filius hominis in terrā veniret (quod
certe futurū est) vix fidem inueniret, si
dem illam sanctam, qua iustitiam nan
ciscimur, & filij dei efficimur. Hanc no
bis concessit dominus noster facultatē
si in nomine eius credamus Euangelio
filij dei proculdubio erimus, et ideo ad
iecit pœnitentię credulitatē dicens. Cre
dite Euangelio. Omnia scilicet vera es
se, quæ Euangelium nūctiat, omnia
certa & infallibilia esse que promittit,
& ideo firmiter speranda omnia bona
esse

40
esse quæ offert, & ideo amanda & am-
plectenda. offert autem nobis Euange-
lij prædicatio, regni cœlestis dignitatē,
diuinę gratiæ diuitias ineffabiles, pecca-
torum condonationem, iustificationē,
& cum hijs temporalium etiam bono-
rum accessionem querentibus nobis
regnum dei & iustitiam eius. Quo fit
vt Ioannes Chrysostronus vere aureū
os, pœnitentiæ bonum considerans in
hunc modum de ea disserit. O pœnitē-
tia misericordiæ mater, & magistra
virtutum, magna opera tua, quibus re-
os resoluis ac reficis delinquentes, lapa-
sos releuas, recreas desperatos, per te
nobis Christus regnum cœlorū appro-
piatum designat, dicens. Pœnitentiā
agite, appropinquabit enim regnum
cœlorum. Ita & Baptista clamat. Faci-
te dignos fructus pœnitentiæ, quoniā
ecce adest regnū dei. Per te subito Chri-


G ij stus ra

stus rapuit latronem ad regnū, per te
Dauid post flagitium, foelix iterum re-
cipit spiritū sanctum, per te Manasses
post cruenta facinora, ecce meruit fieri
acceptabilis. Per te Petro Apostolo
postquam ter negauerat, data est indul-
gentiæ dextera, per te filius prodigus re-
gressus ad patrem, non solum amplexus
um, osculumq̄ paternū, sed etiam epus-
lum vituli saginati, vestemq̄ insignem
promeruit adipisci. Per te mulier for-
nicaria vberes stillauit lachrimas, fon-
teq̄ sui baptismi protinus lauit pedes
Christi, crineq̄ deterisit. per te Niniuæ
ciuitas magna populusq̄ integer bar-
barorum subito deum sapuit, virtutē
tuam sensit, odorem tuum accepit, sa-
porem tuum strinxit, dulcedinem tuā
gultauit, cilicium contraxit. Cinerem
tuum comedit. Ieiunium tuum pro-
traxit, lachrimas tuas profudit gemit-
tum tuū

tum tuum suspiriumq; persensit; fruo
 ctusq; vbertatis tuæ abundanter
 exhibuit & sic per opera tua
 non solū decretæ discrimē
 mortis euasit, sed etiam
 vitę incognitę coro
 nam accepit;



AMEN



a propter dilectissimi pœnitementi &
credite Euangelio, si vindicē iram dei,
viuentis, in quam incidere horrendum
est euadere volumus. Qz vbi fuerit
corruent omnia vitia & peccata in nos
bis. Pœnitentia enim respuit auaritiã
horret luxuriam, fugit furorē, firmat
amorem, calcat superbiam, linguam cō
tinet, componit mores, odit malitiam
excludit inuidiam, erimusq; populus
deo charus & dilectus, & cui benedi
xit dominus quod ipse pœnitētiæ san
ctę supremus p̄dicator nobis conce
dat & persuadeat Christus Iesus
in secula seculorum benedi
ctus & gloriosus .
AMEN







Excussum Cracouiæ in officina
Hieronimi Vietoris. Anno ab or
be redempto. M.D.XLII.
Mense Augusto.

* *
*

in C...
...
... M.D.
...
...

* * *
*





Konserwacja dokonana w r.1953.
przez Piotra Karowskiego
Introligatora Biblioteki Miejskiej





Handwritten text on a piece of aged paper, possibly a label or title, with the characters "MR" visible.